mercatura, labore vel arte eadem, qua ipse sibi plures com-
parat emptores, indeque majus deportat lucrum, quam ille ipse.
At longe majus Venus erubuit effrons licet, vehementius
longe in iras excanduit, efferata longe maxime a rapacibus
id detentam praedam gratissimam, diuque exquisitam, exce-
ptam tamen rursus unguibus, triumphum illi ipsi quem subiugarat
concedere, seque passam eum victoriam aeternamque hominis famam
indoluit vehementissime, ianuam victrici cogitationi, assen-
sus nunquam tamen deserere coacta, illa nimirum quae Salomo-
nem, Platonem, aliosque sapientissimos desipere, imo delirare fe-
cit, illa quae Herculi omnium etiam Inferorum domitori dominata,
illa quae Davidem sanctitatis illud exemplar decepit, illa, quae
Eremitam illum de quo Abbas Moyses, e summo status perfectio-
nisque culmine deturbavit, praecipitavit, illa cuius se famulum imo
mancipium Socrates non sine rubore licet, profiteri tamen non erubuit.
illa ipsa nunc Adolescentiam cadere coacta, cui ut pulvinari
mollissimo insidere consueras, ab adolescente infirmo victa, quae
fortissimos vicit Duces. O Adolescentis factum incredibile! et pro-
ter hunc in omni vita aetate, prope inauditum! o continentiam in-
effabilem! noluisse vel consentire tantum, ad quod animus maxime an-
helabat, ad quod cuncta invitabant, o Constantiam infractam!
o audaciam singularem! non timuisse, si minus spinarum vepriumque
acutissimos dentes, urticarumve ardorem, carnis suae tenerrimae cor-
ruptionem, non vulnera innoxia, non cicatrices, at saltem rejicere
voluptatum illecebras, quibus puer innutritus fuit, at posthabere
delicias